



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominica X. post Pentecost.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

Christus, & non timetur : Promittit, & non creditur ei : Blanditur, & peiores efficitur. I. Quid promittit Christus? Vitam æternam. II. Quid minatur? Ignem æternum. III. Quomodo blanditur? Exspectando per Misericordiam. *Hugo de S. Vict. de Claustro Animæ. l. I. c. 8.*

Gratia. THESIS XV. *Quia si cognovisset.* Luc. 19. v. 42. I. Time, cum attulerit Gratia. II. Time, cum abierit. III. Time, cum denuò reverteretur. *S. Bern. serm. 54. in Cantic. Vide supra ibi expositionem.*



DOMINICA X. post PENTECOST.

Templum. THESIS I. *Ascenderunt in Templum, ut orarent.* Luc. 18. v. 10. Omnia, quæ sunt in templo, sunt motiva Contritionis, Modestix, Pietatis. I. Aqua lustralis. II. Baptisterium. III. Imago Crucifixi. IV. Imagines B. V. & Patroni Ecclesiæ. V. Altare. VI.

VI. Tabernaculum. VII. Tribunal
Pœnitentiæ. VIII. Cathedra Concio-
natoris. IX. Fideles circumstantes.
P. Jeune.

THESIS II. *Ascenderunt in Tem- Consecra-
plum. Luc. 18. v. 10. Anima Justi tioTempli.*
est templum Dei, hoc profanatum ut
reconcilietur, sex sunt necessaria, quæ
significantur per consecrationes Tem-
pli Materialis. I. Duodecim Lumi-
naria, id est, Fides duodecim Articulo-
rum. II. Aqua Lustralis, id est, La-
crimæ Pœnitentis. III. Cinis, id est,
Mortificationis. IV. Observatio
Mandatorum Dei. V. Cruces Affli-
ctionum. VI. Reliquiæ Sanctorum,
imitando virtutes eorum. *Id.*

THESIS III. *Phariseus stans hæc Hypocri-
ta. Luc. 18. v. 11. Tria ca.*
apud se orabat. *Orabat: Jeju-
no: Decimas do.* observanda se offerunt. *Hypocrita nempe, ut
videatur ab hominibus. I. Jejunat:
sed ejus jejunium ex se fictitium, ex mo-
do pravum, ex intentione perversum.
II. Eleemosinas erogat: verùm eleemosi-
na buccinata est inimica Deo, quem
gloriâ debitâ frustrat; Pauperi, cui ar-
roganter insultat; Hypocritæ, quæ cœ-
lesti*

lesti mercede privat. Ill. Orat; sed damnatur ejus intentio, quâ orat, modus, quo orat, locus, in quo orat. *Michaël Vivien in Tertull. Prædicante Verbo Hypocr.*

Bonitas
Dei.

THESIS IV. *Descendit hic justificatus.* Luc. 18. v. 14. Bonitas Dei in tribulationibus rebus maximè claret. *Vide superius Dom. 9. post Pent. thes. 7.*

Peccator
manifestus.
Et testis.

THESIS V. *Duo homines ascenderunt in templum.* Luc. 18. v. 10. Scilicet duo Peccatores I. Unus rectus nempe Phariseus. II. Alter notus mirum Publicanus: hic gratiam à Deo obtinet, alter nullam; huic humilitas opitulatur, alteri superbia adversatur.

Peccatores
non spernendi.

THESIS VI. *Publicanus à longè stans.* Luc. 18. v. 13. Peccatores non sunt spernendi, nam I. Forrè non est amplius Peccator. II. Forrè non erit. III. Culpâ vacat in multis in quibus tu reus. IV. Graviorerententationes, & occasiones habet peccandi. V. Forrè melior resurget longè. VI. Humiliat se. *Fabri. Fests. Magdalene. Conc. 7.*

THESIS VII. *Qui in se confidebant. Confidentia.*
 Luc. 18. v. 9. *Confidentia triplex*
 est: I. *Confidentia de se ipso.* II. *Confidentia de*
aliquo Vano. Verba S. Antonini P. I, tit.
 6. c. 7. §. I.

THESIS VIII. *Alter Publicanus. Peccatum*
 Luc. 18. v. 10. Non constat, quo
 rum maximè peccatorum reus: verùm
 quid refert? unum peccatum omnia
 peccata, quia. I. Qui offendit in uno,
 factus est omnium reus, Jacob. 2. II.
 David omnia sua peccata vocat uni-
 cum peccatum: à peccato meo munda
 me. Ps. 50. III. Peccatum unum suf-
 ficit ad ruinam. Absalom solo crine
 pendit, & totum corpus periit. Har-
 tung. Dom. 4. post Pasch. Conc. Aulic.

THESIS IX. *Qui se exultat. Luc. Christianus*
 18. v. 14. Christianus debet esse su-
 perbus. Examinemus, quo pacto? Ex-
 ordior I. *ab Auctoritate.* Verus hu-
 milis hoc sanè superbus, quòd laudes
 contemnit, S. Bern. serm. 16. in Can-
 tic. Humilis ad merita, superbus ad
 vitia Euseb. Emis. hom. de S. Maxi-
 mo. O beata ista superbia! ò beata
 mentis elatip, quæ dum carnalis thala-
 mi

mi jura contempserit, in dotarium Regis æterni gloriosa transijt. S. Pet. Dam. Opusc. 56. ad Agnetem Imperatric. c. 4. *Bonum est enim mihi mori, quàm ut gloriam meam quis evacuet.* 1. Cor. 9. En S. Paulus mavult vitæ, quàm gloriæ facere jacturam. II. Ratione. Vitia sunt gradus ad virtutem scilicet calcata. Euseb. Emis. Ergo elatio est necessaria, sicut hostis ad victoriam: nihil enim aliud est superbire, quàm super se ire. Item Christianus in ipsis rebus vilibus gerit animum excelsum, considerans, quantum superent res cœlestes terrestria. Item, *Sic se existimet, quasi ipse sit solus, & Deus.* S. Bern. in Specul. Monachor. Ergo rationi consonum est, ut Dei servus se tanti faciat, ut omnia reliqua contemnat, & planè non esse arbitretur. III. Naturâ. Expergiscere ð homo, & dignitatem tuæ cognosce naturæ. S. Leo serm. 7. de Nativit. Homo est imago Dei: nobilem vult esse vitam tuam, qui tibi commisit imaginem suam. hom. 2. de Symbolo Eusebius Emis. In homine refulget dignitas Dei. *Dedignemur ultra servire peccato, quibus tanta Beatitudo preparatur in Cælo.* S. Aug. ad frat. in Ere-

mo serm. 57. Alexand. Pellegrinus S. J. in Paradoxis Evangelicis.

THESIS X. Qui se humiliat, exaltabitur. Luc. 18. v. 14. Sola Demissio exaltatrix, sed non quævis; nam sunt I. Qui se humiliant, dum omnia bene succedunt eis: Si autem tetigerit eos manus Domini, statim ponunt os suum in Cælum. II. Qui se humiliant, ut ascendant, vel adipiscantur gloriam. III. Qui se humiliant, ut evadant poenam. IV. Qui se humiliant ex necessitate; imperu enim venti quercus frangitur, quem calamus evadit. Petrus Bleßensis serm. 3. in festo S. Nicolai.

Humilitas nequit.

THESIS XI. Qui se exultat, humiliabitur. Luc. 18. v. 14. Ambitio diversam cum humilitate sortem subit. I. Humiles sublimantur ad Gratiâ; Superbi labuntur in Peccatum. II. Humiles ad Filiationem Dei elevantur; Superbi in Dæmonis servitute prosternuntur. III. Humiles in Cælum evadunt; Superbi in Infernum projiciuntur. Tertull. Præd. verb. Ambitio. Vivien.

Ambitio.

Confidentia.

THESIS XII. *In se confidebant.* Luc. 18. v. 9. Duplex error nos tener; I. Credimus nos Innocentiores, quàm sumus. II. Credimus nos magis dolentes, & Contritos, quàm sumus. Hinc confidimus in nobis perperam.

Contemptus.

THESIS XIII. *Aspernabantur ceteros.* Luc. 18. v. 9. O quàm aliter facerent homines, si Christianam Philosophiam sequentes discerent. I. Spernere Mundum. II. Spernere Nullum. III. Spernere sese. IV. Spernere sperni. *Doctrina magni cujusdam Viri Religiosi, qui floruit ante S. Thom. Aquin.*

Judicium de alijs.

THESIS XIV. *Sicut ceteri hominum, raptores, injusti &c.* Luc. 18. v. 11. Ut rectè aliquem nòveris, vide illius de alijs arbitrium; nam ex se quisque alios fingit, censet, æstimat. *Vide Didac. Nissen. serm. Quadrages. Dom. Passionis. Periocha 4.*

Superbia.

THESIS XV. *Gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum.* Luc. 18. v. 11. Parùm est I. Non rogare Deum, II. Sed se laudare, III. Insupet & roganti insultare. *S. Aug. serm. 26.*

de Verb. Dom. circa med. loquitur de hoc Pharisæo.

THESIS XVI. *Unus Pharisæus, Humilitas, & alter Publicanus.* Luc. 18. v. 10. I. Humilitas destruit omnia Peccata, id, quod videre est in Publicano. II. Superbia destruit omnes Virtutes, id. quod videre est in Pharisæo. *Crasset. Confid. hic.*

THESIS XVII. *Descendit hic justificatus.* Luc. 18. v. 14. *Pœnitentiæ idea.* Ecce ideam Pœnitentis in Publicano, quid mirum, quod fuerit justificatus. I. à longè stans: Sciebat enim, quantum se à Deo per peccata elongaverit. II. Nolebat nec oculos ad cælum levare. Verecundia hæc magna dispositio est ad resurgendum à peccato. III. Percutiebat pectus suam. Istud indicat dolorem & contritionem. IV. *Deus propitius esto mihi Peccatori;* nominando se Peccatorem peccata sua confiteretur. *Alexander Diotallevi. tract. spirit. hic.*

THESIS XVIII. *Injusti, adulteri &c.* Luc. 18. v. 11. *Adulteri.* Adulteri sunt I. Homines sine honore. II. Ho.

Homines sine fide. III. Homines sine misericordia.

*Hæretici
cæci.*

THESIS XIX. *Qui in se confidebant.* Luc. 18. v. 9. Triplex Peccatorum cæcorum genus est. I. Aliqui cæcitatem incurrunt sponte sua, quia à cæcitate hæc non abhorrent, neque illam apprehendunt. II. Alij cæci sunt, quorum cæcitas incurabilis est, quia non nisi à cæcis illuminari volunt. III. Alij denique cæci sunt, qui lumen videntibus præferre volunt. Ecce triplex genus Hæreticorum. *Distin. Apostolic.*

*Humili-
tas.*

THESIS XX. *Qui in se confidebant.* Luc. 18. v. 9. I. Nullus est Peccator, qui non se humiliare debet agnoscendo id, quod fecit. II. Nullus è numero Pœnitentium, qui humilitatem suam non stabilire debet, cognoscendo id, quod est. III. Nullus in statu Innocentiæ, qui se in suo Nihilo non continere debet, considerando, id, quod esse potest. *Id.*

*Confiden-
tia falsa.*

THESIS XXI. *In se confidebant tanquam Iusti.* Luc. 18. v. 9. I. Sunt, qui Christiani esse volunt, non item Chri-

Christianam vitam instituere. II. Sunt, qui Catholici esse volunt, non item Præcepta observare Ecclesiæ. III. Sunt, qui Salvi esse volunt, non item Cælum mereri. Idem.

THESIS XXII. *Ascenderunt in Templum, ut orarent.* Luc. 18. v. 10. I. Deus à nobis exigit homagium *Labiorum*: Sic ergo orabitur; Pater noster &c. II. Deus à nobis exigit homagium *Cordis*: Ore clamasti, sed corde tacuisti. S. Aug. III. Deus à nobis exigit homagium *Manuum*: Cantent ora, cantent corda, cantent opera. S. Aug. P. Chappuis S. J. in medit. 16. Nov.

Oratio triplex.

THESIS XXIII. *Qui in se confidebant tanquam Justi.* Luc. 18. v. 9. I. Primum enim apud istos est *Extenuatio peccati*. II. *Exultatio post peccatum*. III. *Tertium Diffusio per exemplum*. IV. *Quartum Continuatio per contemptum.* Pet. Bles. serm. 23. de S. Magdalena.

Peccator.



N 4 DO.